Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1103
Quelle:
Copyright:

Lubini 1607. *f. l.* 8. quam tertiam habeo.

XXXIII. *fol.* 70. Certamen dialogicum inter Vitia et Virtutes, quod auſpicatur:

In cunctis opibus tibi non equabitur ullus. Superbia.
Putridus es uermis. quid homo moriture ſuperbis. Humilitas.

Et ſic deinceps *Inanis Gloria* et *Timor Domini*, *Ypocriſis* et *Vera Religio* &c. Verſibus 50. quos fortaſſe non injuria *Hildeberto* aut *Marbodo* tribueris. Simile

Certamen indicavi *Cod.* CXLVI.

XXXIV. *fol.* 71. Epitaphium cujusdam *Arnulfi* verſuum 36. Initium:

O mors quam dura. quam triſtia ſunt tua iura. &c.

Init deinceps Poeta cum Defuncto ſermonem, et exquirit de altera Vita, de utilitate ſuffragiorum pro Mortuis, de Sacrificio Miſſae, ubi varia ab *Hildeberto* in aliis *Carminibus* dicta recurrunt.

Ergo queratur quid mortuus iſte loquatur.
Dic arnulfe iaces? iaceo. quenam tua merces &c.

De *Arnulfo* non habeo, quod conjectem. Noſter ita finit:

Tu baptizatus. tu presbiter ipſe ſacratus.
Tu membrum chriſti recte viuendo fuiſti.
Tu bene uiuendi multis exempla dediſti.
Ergo tibi munus uitę det trinus et unus.

Non igitur Presbyteratum exceſſit.

XXXV. *ibid.* p. 2. Epitaphium *Ivonis* Ep. *Carnot.* a. 1115. defuncti, verſuum 29. quod nullum eſt e tribus *Galliae Chriſt.* T. VIII. *col.* 1132. relatis. Incipit vero:

Mortem tranſiuit. uitamque beatus adiuit
Pro merito uiuo preclarus epiſcopus Juo. —
Exuitur membris cum lux undena decembris
Bis renitet mundo. —
Karnoti princeps. clerus. plebs plange deinceps &c.

Et alia multa in Viri ſummi laudem, *docti*, ut finit,

Multimodos ſcripturę tollere nodos.

XXXVI.